



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Disquisitionvm Magicarvm Libri Sex

Delrío, Martín Antonio

Mogvntiae, 1624

Sectio IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62472](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62472)

m Euseb.
l. 3. vita
Constantii.

cuique faceret, non ab huiusmodi demoni-
bus, sed a vero & omnipotenti Dei opem im-
plorandam, & petenda morborum remedia
m. Neque enim vel medicina intuitu, vel
morborum curationis gratia omittenda
sunt pietatis regulae, aut violanda Christia-
ne Ecclesiae praecepta. Sic ille, optime &
verissime, & sententiam hanc secuta
Parisiensis curia decreto suo confir-
mauit. Quae ex S. S. probationi addu-
xit intermedia praetermissi. quia loco-
rum illorum interpretatio verior & a-
prior alio tendit.

SECTIO IX.

EX his inferitur decisio de multis
formulis, quas non praetermittam
plane, ut de iis possint lectores, quan-
do de facto inciderint, iudicare; nec
ascribam integras, ne curiosi & impii
queant abuti: sed ascribam tantum ini-
tium ac finem, omittis mediis & cir-
cunstantiis, quas auctores earum re-
quirunt. Primae quatuor frequentes
sunt hic in Eburonibus.

1. ad equos sanandos, interrogant
cuius coloris sit: si dicas, spadice. cla-
mar, Spadix, si laboras tali vel tali mor-
bo, tam vere saneris, quam Ioseph &
Nicodemus, &c.

2. ante par ante, par ante ante, &c.
ut virgo Maria peperit.

3. alligare equum stoloni arboris,
quae nunquam fructum tulit, idque tri-
um horarum spacio.

4. pro quouis morborum genere,
funiculo laneo brachium circumdare,
in nomine Dei, &c. & ad nomen san-
cti, cui morbus tuus facer, funiculus co-
trahetur & fiet breuior, &c.

5. dicto, consummatum est, pedem
equi terrae fortiter inentere, & addito
alio versu. ex orat. Do. clauum excidere.

A 6. ad morbum quendam animalis
sanandum, iniicere phialae vitreae aqua
lipida plenae, noue hordei grana, &c.

7. filium per chrisma trahere: aut terrae
imaginem, sub altaris pala abscondere.

8. tempore missae dentes tangere, &
quendam ex Euangelio passionis ver-
ficulum simul dicere.

9. cum aegrotante ante febris accessio-
nem manus lauare, & interea certum
ex psalmis versus submurmurare: vel
laborantis manu prehensa dicere, &

B 10. recipe tres panes missales, & in v-
no scribe, qualis est pater & in altero
&c. in 3. &c. & dare has hostias febrici-
tanti, &c.

C Undecima ducere egrotum feria sex-
ta (idque continuis tribus diebus) ante so-
lis ortum, versus orientem, & eo expan-
sis ad solem manibus in crucifixi morem
stante, dicere, Hodie dies illa est qua
Dom. Deus ad crucem accessit &c. de-
niq; recitare nonies ternas orationes
Do. & ternas salutationes Angelicas.

Duodecima illud Aphricani: Gulta-
te & videte quod bonus est Dominus
in scriptum certae supellestili &c.

D Decima tertia in aqua frigida cya-
thum instillare profluentis sanguinis
definito numero guttas, & inter vna
quamque legere pater noster &c. &
propinare patienti. eumque certa in-
terrogare: vel fronti eius certum verfi-
culum cruore illo inscribere. vel in san-
guine sistendo, dicere, Sanguis mane in
te, &c. sanguis mane fixus &c. & ter
repetere. Item, in sanguine Adae orta est
mors & c. d. sanguis ut fluxum tuum
ut cohibeas. Item illud, Christus natus
est in Bethleem & passus, &c. & haec
dicentem tenere in nominatum digi-
tum in vulnere, & facere certas super
vulnere cum eo cruce, & dicere

quin-

quinque pater, & semel Symbolum, &c. *Item*, certum versiculum solum dicere ex Passione. *Item* dicere, In nomine Patris, &c. chunrat, cara, sarite, &c.

Decimaquarta tribus diebus ante solis ortum super equo dicere, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti exorciso te vermem per Deum patrem &c. † vt nec carnem, nec ossa huius equi edas &c. Deinde certo numero recitare Pater. & Aue. tandem in dextram aurem equi, cum aliquot crucibus factis, insuffurrare quatuor quaedam verba.

Decimaquinta ad inueniendum furem, in crystallo crucē facere cum oleo oliuæ, & sub cruce scribere, S. Helena, & puero casto atq; legitimo decenni tradere phialam tenendam, & post tergum eius flexis genibus ter dicere orationem S. Helena; deprecor te Domina S. Helena; mater Regis Consi. &c. Amē. & cum angelum (*intellige nigrum*) videbit puer in phiala, tum interrogare quæ quis voluerit. *Item* ad furem deprehendendum, Accede fluentem aquam, inde quod suspectos habes tot numero lapillos collige, domum refer, fac ignescāt in foco defode sub limen, &c. imponantur scutellæ aqua plenæ cum certis ritibus, & ad nomen furis calculus eius aquam faciet ebullire. *Item* leguntur septem Psalmi cum Letaniis; hinc sequitur oratio terribilis ad Deum patrem &c. hinc exorcismus in furem: denique formatur in figura circularis cum barbaris nominib; & in medio pingitur oculus, tū clauus æneus, certorum laterum, oculo infigitur malleo cypressino & dicitur certus ex Psalmis versiculus. sic fieri oculum putant excuti. *Alj*, die Sabbathi ante

A Solis ortum ramum auellanum abscindunt, dicētes; Ego te ramum huius æstatis reseco &c. in mensa sternitur tegumentum additis his verbis &c. quæ ter repetenda. *Alj* vtuntur exorcismo seu anathemate, quod blaspheme vocant S. Adelberti, cuius initium est, ex auctoritate Dei omnipotentis &c. & finitur, Amen dicant omnes. Postea cantabitur, Media vita in morte sumus &c. Quam prorsus suspicor esse illius Adelberti hæretici, qui se sanctum vocabat, & damnatus fuit à Papa Zacharia: cuius Historiam & Magicam quandam impiam orationem, inuenies in vita S. Bonifacij Apostoli Germania lib. 2. *apud Surium mense Iunio. Alj legunt* Psalm. 108. iuxta certam distributionem.

C Decimasexta, ad curandum maleficarum: Accipe tres olei violacei mensuras, & consistens contra solem ante eius ortum exprimere nomen læli & matris eius & angelos gloriæ, qui stant in gradu sexto, sex diebus ter in die. Septimo autem collocetur ille nudus, &c. deinde nomina horum angelorum inscribenda lamina; &c. vicesima die mensis sanabitur.

D Decimasextima, *Item* fere inscripta nomina trium Regum, cum certis tribus versic. *vel* verba plane incognita & absurda: vt illa veterum, *Danata darios*; &c. & recentia, *Abrac, Amon*, &c. *vel* illa pani inscripta, *Irioni Khirioni* &c. *vel* istud: *Hac, pax, max* &c. contra morsus canum rabidorum: *Item* contra dolores dentium: *Siriliges Falcesque* &c. *vel* aliud: *Galbes* &c. *Galdes* &c. *Item Gibel, Got*, &c. Et in pisciū captura, illud Geoponici Constantini *lao Sabaoth*: & quorum his nugis olim libri referti fuere *Bamachus*; & *Cariachirus*, à Galenoderisi *l. Simplicii*. in illo

Constantini est abusus duorum Dei nominum.

Decimaoctava, virgas parallelas vicertorum verborum medijs partibus committere, & in crucis formam vincere, & de collo suspendere, vel thoraci lignum rotundum cum certo murmure applicare, vt Turca faciunt. Sed sunt innumera huiusmodi cōmenta, quae ex praedictis diiudicari poterunt: & nos alia quaedam *libr. 6.* profligabimus, quae propria Paracelsitarum. Aliae quaedam superstitiones in *exposit. 1.* praecipit apud Beezium leguntur. *cap. v.* Alij (inquit) promittunt sic: vis vt maritus tuus diligat te, accipe de omnibus criminibus tuis, & offer illos ad altare ter cum cereo ardenti: & tunc quamdiu portabis illos super caput tuum tamdiu exardescet in amorem tui. Alia suadet sic accipe haec sancta verba scripta, & consue vestimentis viri tui, & non poterit occidi, vel subitanea morte mori: vel, fac scribi litteras infra Euangelium talis festi, & suspende illas ad collum viri tui, & non poterit submergi si pertransit mare. vel sic, si vis habere maritum ad voluntatem tuam, quaere clauos ferreos antiquos (vulgariter hocfnagelen) de quibus inuentis debet formari annulus sexta feria infra missam: postea superlege Euang. (quoddam certum) & die quotidie Pater noster, tunc si annulum in digito portaueris, habebis maritum pro tuo desiderio infra annum. Item si sponsa debet habere bonam fortunam, oportet quod in nuptijs ingrediatur domum sub duobus euaginatjs gladijs positjs ad modum crucis S. Andrea. Item ne Alk, vel mare equitet mulierem in puerperio iacentem, vel ne infans rapiatur a strigibus) debet poni culcellus vel corrigi a super lectum. haec tenus ille contentus tantum posuisse quantum ad fugiendas agnitas superstitiones pertinebat formulas verborum,

A quas praeterea adhibent, prudenter praetermisit.

Nuper duas hic in Brabantia non infrequentes deprehendi, Prima vt sciant an aeger moriturus, salem ignaro in manum imponunt, & attendunt liquecat sal, nec ne? quod pertinet etiam ad diuinationes. Altera est: si quis febris laboret, iubent prorsus nudum se soli exorienti opponere, ac simul certo numero Dominicas orationes & salutationes angelicas recitare. Sic liberandum. crebro etiam virgines faciunt. tanto sanitatis corporae quam verecundiae maiori cura: quo, nisi Asmodeo auctore: vult cum veste pudorem, cum pudore pudicitiam paulatim ponere. Priori posset aliquid physiologicum subesse: Sed id adeo incertum & obscurum, vt non iniuria suspectum censeatur. Nunc ista sufficiant exempla, plura sum daturus *libr. 6. cap. 2. sect. 1. q. 1.* & ex opere Martini de Arles de superstitione, quod exstat in iuris Oceano, peti possunt: apud quem inuenies egregie confutatam quandam vanam obseruantiam, quae simul est superstitio, & Dei tentatio, & sacrilegium, & blasphemia, qua Nauarraei rustici utebantur, imaginem B. Petri in flumē mergentes, ad pluuiam impetrandam: cuius dicta moneo vt notes, quia rustici aecolae Rheni solent idem facere cum statua (si commemini) B. Urbani. Fuit penes me libellus M. S. Leuini Crucij Curionis Boscepani, cui titulus *Eru-ditorum exorcista*, qui vir certe nec indoctus, nec exigua huiusmodi rerum experientia praeditus, plurima cōgessit remedia contra maleficas noxas, quarum pleraque etsi manifesta superstitionis nequeant reuinci, expedit tamē propter clarum periculum,

& pro-

& procliuem abufum, ijs prorfus abftinere. Quapropter oro & hortor omnes, ad quos liber ille, quod fciam nõdum editus, peruenerit (fcio uero quofdam illic traditis incaute admodum uti aliquãdo) ne temere ullo remedio inde excerpto utantur, nifi prius folicite, cum pio, & erudito, & prudente aliquo Theologo rem confulerint, & eis fecura omnia declararit.

Formidandum quoddam in huiufmodi negotijs exemplum Gerfon narrauit: fuo tẽpore Principem quendam fuiſſe, cui cum fuaderetur, ut peteret conſilium, à ſapientibus, quos

A ſciebat eſſe tales, & ſibi beneuolos. *Vtrum licita eſſent ſuperſtitiones quas exercebat, & credebatur* Reſpondit, cur inquirerem à talibus, etenim ſcio quod diſconſulerent mihi: Ego tamen ſic agere, & ſic credere penitus diſpoſui, nec omittam. Et in hac infelicitate poſitus, & praeventus morte repentina, deſtiti ueller, noller: nunc agnoſcens in inferno, quoniam Dominus odit obſeruantes uanitates ſuperuacue. Et contra, Beatus eſt uir cuius eſt Dominus ſpes eius, & non reſpexit in uanitates & infanias falſas. Sic ille tract. de obſeruãt. dierum ſuperſtitioſa.

FINIS LIBRI TERTII.

